Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ad te leuauī aīam meā: deus meus in te confido nō
erubescam ne q̄ irrideant me inimici mei etenī
universi qui te exspectant nō confundentur ps Vias
tuas domine demonstra mihi et semitas tuas edocē me
oro Exalta dne q̄s potentiam et veni ut ab imminen-
tibus peccatorū meorū periculis te merear protegente eripi
te liberante saluari Tunc dicit lectio e p̄ paulī ad rōnos
Fratres scientes quia hora est iam nos de somno
surgere Nunc enim propior est nra salus quā cū credi-
mus Nox p̄cessit dies autē appropinquauit abiciamus ergo opa
tenebrarū et induamur arma lucis sicut in die honeste
ambulemus non comessationib; et ebrietatib;
non cubilib; et impudicitiis nō contentione et emula-
tione sed induimini dominum ihū xpm Gradū Universi qui
te exspectant non confundentur domine v. Vias tuas domine demō
stra mihi et semitas tuas edoce me Alla Ostende nobis domine
misericordiam tuam et salutare tuū da nobis Sequentia sancti Matheī
In illo t Cum appropinquasset ihs hierosolimis et venisset
bethfage ad montem oliueti tunc misit duos discipulos
dicens eis Ite in castellum quod contra vos est et statim
inuenietis asinam alligatam et pullum cū ea solite
et adducite mihi Et si quis vobis aliquid dixerit dicite
quia dominus his opus habet et continuo dimittet
eos Hoc autē totū factum est ut adimpleretur qd dictū
est per ysaiam prophetam dicentem filie sion Ecce rex tuus venit
tibi mansuetus et sedens super asinam et pullum
filium subiugalis Euntes autem discipuli fecerunt
sicut p̄cepit illis ihs Et adduxerunt asinam et pullum
et imposuerunt super eos vestimenta sua et eum desuper
sedere fecerunt Plurima autem turba straverunt vestimenta
sua in via Alii cedebant ramos de arboribus et sternebant in via Turba autem quae precedebat et quae se-